

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Observationes Criticæ In Aliqvot Veteris Foederis Loca

Milow, Johann Nikolaus

Kilonii, [MDCCLXV?]

VD18 11840323

Errata

urn:nbn:de:gbv:45:1-15744

PAULI PETROWITZ

*Cæsareæ Coronæ Heredis, in Throno Successoris, Ruthenorum omnium Magni Ducis, itemque Heredis Norvagiæ, Supremi Ducis Slesvici, Ducis Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsie, Comitum Oldenburgi & Delmenhorsti, rel. Quem Deus amet! nuper mihi tradita est, habere in animo constitui. Permanebo Commilitones in his, in quibus hætenus versatus fui, in docendis nimirum linguis Orientalibus & in explicando Codice sacro, cum, quod ad priscum fœdus attinet, tum vero etiam, quod ad novum. Vobis, scio, nihil gratius posse accidere; & ego mihi persuadeo, vix eo quicquam magis in rem vestram esse futurum. Nam sine accurata harum linguarum cognitione, & quæ arctissime cum illa conjuncta est, arte exacte interpretandi, in universa vestra Disciplina certe sane atque indubitate sciri nihil fere poterit; & quod vobis sit hic ab Interpretibus expectandum, ex his, quæ antea dicta sunt, sponte (spero) intelligeris. Agite itaque & hoc hyberno semestri PUBLICÆ Coronæ interpretari, ibi, ubi nuper substitimus, pergamus. PRIVATIM vobis ante meridiem h. 11-12. in *Genesis*; post meridiem vero h. 4-5. in *Mattheum* commentari animus est. Initium Lectionum, ut in syllabo est, d. 21 Octobr. fiet. Jubeat Deus ter optimus maximus, ut & hi novi conatus & in sui nominis honorem & in ecclesiæ commodum bene atque feliciter eveniant. Faxit vero & idem Numen Supremum, ut & Academia nostra in illo, quod modo ingressa est, sæculo, non majora solum incrementa capiat, sed paulatim etiam in pristinam suam dignitatem reducat, restituaturque.*

CORRIGENDA.

p. 4. post verba *queritur enim* hæc inferenda sunt: *Queritur enim, quorsum illa יד ררך referenda sint? Si cum antecedentibus (sedens in sella) ea connectas; objicio: quod ita non יד ררך sed יד ררך legi debeat, deinde vero quoque hebrææ aures ad verbum מצפה certissime aliquid desiderabunt. Sin contra ea cum consequenti מצפה conjungere malis, queritur an etiam &c.*

